qui in bonis que facit non retributionem inte-
rius · sed exterius fauorem querit ·
Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua ·
Ideo inquit omne gaudium uos existimare
oportet · cum in temptationes uarias incideri-
tis · quoniam quisquis aduersa humiliter pro domino suf-
fert · sublimitatem ab illo regni praemia percipiet ·
Diues autem in humilitate sua · subauditur a su-
periori uersu · glorietur · quod per irrisionem
quae greci hironiam uocant dictum esse constat ·
quoniam sicut flos foeni transibit · Flos foeni &
odoratu delectat · & uisu · sed citissime gra-
tiam super uenientis flatus & suauitatis amittit ·
Ideo quoque huic rectissime praesens impiorum feli-
citas assimulatur · quae diuturna esse nulla rati-
one ualet · Exortus est enim sol cum ardore · Ardore